SLUB
Wir führen Wissen.
STADT BIBLIOTHEK CHEMNITZ



- Personalschriften -

= 54 Nummern, 1628.-1642. J. =

51. Albinus, M. Säv.
32, 33, 34. Balduin, Friedr.
42. Bamberg, Säv. d. J.
26, 24. Barthmann, Joh.
4, 5. Biener, Christ.
40. Braun, Valtin
20. Coler, Johann
22. Cramer, Theod.
24. Crusius, A.
48. Ehrenhold
23. Emmerling, Säm.
54. Eviens
57, 53. Ferdinand III
10. Gärtner, Paul
Etliche
44. Gotterrichtungen nach Ovidscher Art
2. Graul, Daniel
28. Graul, Daniel

44. Heinrich, Säm.
46. Holtzmüller, Jak.
29. Horlemann, Andr.
49. Hülsemann, Johann
50. Ilschner, Paul
7. Johann Georg, Churfürst
21. Kirsten, Mart.
17. Liborius, Joham.
16. Macht, Michael
3. Neefe, Joh. Casp.
13. Nigrinus, Wilh.
14. ders.
15. ders.
36. Plattner, Georg
34. Polonius, Raph.
38. ders.

35. Pucklirsch, Jos.
41. Quellmalz, Säv.
8. Röber, Sabina
45. Schindler-Berger
43. Sperling, Paul
18. Ströer, Matth.
1. Trentzsch, Chris. u. a.
11. Ule, Johannes
12. ders.
25. Wagner, Gottf.
6. Weber, Paul
31. Wechinger, Joh.
39. Weißkopff, Joh.
9. Weller, Jakob
19. ders.
30. ders.

E.

Nuptiis

M. MATTHÆI STRÖERI

Chemnicensium Syndici,

SPONSI:

ET

MARIÆ ELISABETHÆ

Virginis lectißimæ

Dn. M. MARTINI Schauens apud Chemnicenses

olim Senatoris prudentissimi B. M. relictæ filiæ

SPONSÆ

die 7. Julii Anno 1640. Chemnicii celebratis,

Gratulantur

Affines, Fautores & Amici.

FRIBERGÆ,

Typis GEORGII BEUTHERI.

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT BIBLIOTHEK CHEMNITZ

HOc rerum in motu rectè capis ELISABETHAM,
Cumq; DEI DONO, *Sponſe colende*, jugas.
Et *requies, donumq;* DEI, ſunt talia, mentem
Qvæ debent meritò lætificare tuam.
Gratulor, atq; DEUM precor, hæc tibi cœpta ſecundet,
Et *nova* det *requies* ſit diuturna tibi.

Paulus **Sperling** / *S S. Theolog.*
Licentiatus, Paſtor & Superintend. Freibergens.

ECquid, Sponſe *Tibi magis & Tibi* Sponſa *precabor?*
Quam ſiet optatus veſter ubiq; thorus.
Principium optatum, *medium* optatumq;, *beatus*
Finis & optatus *claudat: at ipſe tamen*
Non niſi poſt longas ſeries & plura dierum
Millia. Sat voveo; ſint rata vota DEO.
Lipſ. fac.

Johannes Zeidler, Med. D.
Cheir. & Anat. Prof. Publ.

COrpore præſtò licet non ſim; quod temporis hujus,
Atq; ſtatus rerum perdubius prohibet:
Præſtò tamen vobis ero, concors ardor utrosq;
Quos ligat, unanimi fœdere conjugij.
Nempe piis votis; ut felix, prole repletum, &
Concors, Conjugium hoc ſtet, maneatq; diu!

David Lindener, D. Acad.
Lipſienſ. Syndicus.

Wie wol weis doch die Braut worzu das Strohist gut.
Weil sie mit sich zu Bett Herr Ströhern nemen thut.

AD quid serviret Stramen, *Neonympha rogata*,
Respondet, Fiat mollior ut Thalamus;
Subridens Venus ergò, infit, TIBI jungo Maritum.
Nomine Stramineum * *molliter ut recubes,*
Hunc cernas,* *sternas, hunc latis usibus aptes,*
Hocce tamen viso sis memor ipsa Tui,
Scilicet ut Stramen facili confringitur actu,
Sic facili motu Virginitas teritur;
Quicquid sit, neonympha refert, non curo, videbo,
Quod factum est Matri, fiat id atq; Mihi;
Fiat id ergo TIBI, Venus addit, Mater & ipsa.
Sæpius hinc fias! Fiat id ergo TIBI.

Gratulabundus ludebat Lipsiæ

Casparus Michaël Welsch/*D.*

* Alluſio ad nomen Sponſi.
* Alluſio ad nomen Sponſæ. Schauin quaſi Schawe Jhn.

CÆtibus in juvenum, quos stramen præbeat usus,
Virgineosq́, inter nos rogitare choros.
Quis posset numerare jocos? grex vescitur illô,
Hic, aliusq́;, casis sit tegulæ instar, ait.
Plurimaq́; his paria, haut parvâ capienda papyrô:
Sufficit his etenim sæpe nec hora logis.
Hoc tamen insolitum, tibi quod NEONYMFA videtur,
Posse maritales stramen obire vices.
Quî ferat amplexus stramen res flexilis arctos?
Quale leve hoc possit pondus habere torô?
At faciles stramen, respondes, concipit ignes,
Mollit & accubitus, & cale-membra-facit.
Non hæc conveniunt thalami solennibus? an quid
Diversum in ludô fertur amoris agi?

Argutè

Argutè. Victi, fateor, concedimus omnes,
SPONSA, Tibi, stramen res fuit apta toro.
Stramen habe thalami socium, mollemq́, calentemq́;
Hinc olim ad cunas stramine habebis opus.

Boni ominis ergo subitò ludebat

Polycarpus Wirth/
Phil. & J. U. D.

NOxia dùm vidui reparas dispendia lecti,
Auspicioqvé paras vota secunda bono.
Vivite Concordes, voveo, sint vota secundæ,
Qvæ nunc instauras, SPONSE, secunda Tibi.
Qui modò, SPONSE, Tibi post nubila jubila mittis,
Cuncta dein faciat tristia læta DEUS.
Quò pia juncta pio pietatis juncta capessant
Præmia certa Solo, præmia certa Polo.

Johannes Caspar Horn, Phil. &
Med. D. Ordinar. Fribergensis.

MATTHÆE *Eunomies* præclustris adorea divæ,
In sua qvem traxit denuò castra *Venus*:
Esse Tibi sqvamis loricam credo trilicem,
Esse Tibi æs circum pectora credo triplex,
Qvòd petis arcta tori juga, dum *Mars* omnia versat,
Atq; hinc inde manu tela cruenta qvatit.
Non solidam trepidâ premeris formidine mentem;
Non, qvòd jam fundis eruta cuncta cadunt:
Non, qvòd nec thalamis, nec sanctis parcitur aris:
Non, qvod & Ucalegon proximus igne flagrat.
Inconcussa trahis firmo vestigia nisu,
Et socio pergis subdere colla jugo.

Nempe animum *Pietas* & *Virtus* celsior armat,
Nescia præsenti diriguisse metu.
Te MATTHÆUS item tuus, ELISABETHAq; Sponsa,
Robur *divinum* sumere mente jubent.
Grator, & ut squamis istis lorica fidelis
Sponse diu circum sit Tibi corda precor!

Freibergæ f.

Andr. Mollerus, Pegavius Philos.
Medic, Doctor & Poët. Cæsarius.

Dum fugit Æneas gladiosq; facesq; furentum,
Altis sub Trojæ mœnibus, Argolicas:
Amittit charam tenebrosâ in nocte Creusam,
Uxorem: fuerat nam comes illa Viro.
Non secus in patriæ turbis, creberisq; periclis,
Et quæ sunt vitæ sæpè minata tuæ,
Tandem & dilectâ privaris conjuge, amice;
Nulla prout clades sola venire solet.
Ut tamen Æneas nil inferiore potitur
Conjuge, cum finem bella habuere suum:
Sic aliam primâ nil conjuge deteriorem,
Seu mores spectes seu genus aut faciem,
Immò, quod ignoscant mihi manes, hisce priorem,
Ex JHOVÆ manibus, docte Stroëre, *capis.*
Scitam ô ex illa instaures longo agmine gentem,
Et patriæ prosis hac quoq; parte tuæ!
O ex nunc sileant toto fera bella sub orbe,
Et pacis cunctos aurea secla beent!

amico suo veteri m.

L. Philippus Muller, Prof.
Math. in Acad. Lips.

Is

IS felix, ſapiens cui tecta Marita ſubintrat,
Sicq; thori fidei pacta ſecunda facit.
Illa replet variis pectusq;, thorumq;, domumq;:
Pectus amore, thorum prole, domumq; bonis.
Cur non ſis felix, dum, SPONSE ADAMATE ſubintrat
Et tectum, & lectum virgo petita tuum?
Virgo petita tuum, JOVA dante, impleat, opto,
Pectus amore, thorum prole, domumq; bonis.

Ita deproperanter vovebat
Sponſi Adfinis

M. Sebaſtianus **Hommell**/
Paſtor & Superintendens
Chemnicenſis.

VÆ tibi qui ſolus ſine caſtâ Conjuge vivis
Et ſacra Conjugii fœdera ſpernis iners.
Nam DEUS & Natura docent ſocialia pacta,
Ut ſibi conſortem jungere quisq; velit.
Non aliter ſentit quoq; lex in corpore Juris;
Papa ſed his ſolus diſſona verba vomit.
Sed Tu non bili ducis, perdocte Magiſter,
Impia Romani Præſulis imperia.
Quicquid enim Jovæ; Naturæ & pagina legum
Approbat, hoc ipſum, ſponſe perite, facis.
Ergò lito tædis repetitis vota ſecunda;
Fœdera Conjugii fauſta iterata ſient.

M. Chriſtianus **Engel**/ Archi-
diaconus Chemnicenſis.

TEmpore pertriſti thalami ſacra fœdera ſancis
Sponſe, ergò Chriſtum ſupplice voce voca.

Is

Is ſolus ſanare poteſt hoc tempus acerbum.
Et diri Martis pellere tela procul.
JESU da pacem, Dux pacis jure vocaris,
Da ſponſis pacis commoda larga novis.
Hoc voti caput eſto mei: DEUS adjice, qvicqvid
Sponſus habere cupit, ſponſa vovere poteſt.

Ita vovebat

M. Georgius Richter/
Diaconus Chemnicenſis.

PAucula vota feram, verum devota, ſublimo
Pectoris ac mentis fotaq; ſcrinioło.
Mordica lis, fera vis, crux trux, nex noxia deſint;
Nec veſtrum turbent turbida fata Torum.
Eutychie præſit, concordia corda ligetq;;
Nobilis inſit Eros, Mobilis abſit Eris.
Et licet hoc bello non ſit jam nubere bellum,
Attamen haut animos abiicitote ſtatim.
Qui vos & qui nos ſervavit tempore Pacis.
Is vos ac Is nos tempore Martis alet.

ψυχῆθεν gratulabundus
ἐχεδίασε,

M. Hermann Köttner/ *Paſtor*
in oppido Zwönitz.

WEh dem/ſpricht Salomon/der ohne Schlaff genoſſen/
Vnd ohne Schlaff vnd Troſt/von Menſchen außgeſchloſſen!
Weh jhm wenn er auffſteht/weh jhm wenn er hinfällt!
Was ſol ein Einzeler/der ſich zu keinem gſellt?

Er

Er seuffzet wenn er geht/Er seuffzet wann er Tischet/
Sein halb gekochtes Fleisch vnd Brod mit Thränen mischet/
Wo nicht vergisset gar zu essen in der Qual.
Des Witbers Hauß ist nichts dann stetes Thränen=
Es ist die finstre Welt/ die ewig ohne Sonne/ (thal.
Es ist ein Regiment/ da keine Frewd noch Wonne.
Es ist ein Marter Hauß/ Ein Garten ohne Kraut/
Ein Weyher ohne Fisch/ Ein Klingel ohne Laut/
Wer Ehlos leben wil/ darff nicht vor Sorge sorgen/
Denn diese häuffen sich/ den Abend als den Morgen.
Da mangelt diß vnd jens/ im Hause/ Hoff vnd Stal/
Vnd leyder nirgend mehr/ als leyder überall.
Das Hauß ist jhm zu weit/ die Kammer wüst vnd öde/
Die Nahrung nimmet ab/ das Hertz ist zag vnd blöde/
Bald ist er Sorgen los/ bald wird jhm angst vnd bang/
Ach wie wird manchem doch/ das halbe Jahr so lang!
Die Kuh/ die geht die qver / die Katze wil nicht mausen/
Das Gsind thut wenig gutts/ vnd wil nur übel hausen/
Wo keine Wirthin ist: Aus eines Witbers Hauß/
Das eines träget vor/ das ander hinden auß.
Vnd dieses kan allein aus allen vervhrsachen/
Daß mancher aus der Noth mus eine Tugend machen/
Vnd freyen/ daß er nur vom Haußgeschäfften frey/
Vnd desto hurtiger zu höhern Sorgen sey.
Von solchen vnd vielmehr viel tausent andern Klagen/
Vnd tausentmal vielmehr / viel tausent andern Plagen/
Ist vnser Herr Ströer als Bräutgam worden frey/
Weil er sich los gemacht von solcher Plackerey.
Denn als er einesmals spatziret in der Awen
Sich in der freyen Lufft ein wenig vmb zu schawen/
Dann kam jhn zu der hand ein schönes Venus Bild
Von Sitten Tugendreich/ von Worten süß vnd mild.

MARI'ELISABETH ein Zweig von Schawens Stamme

Ein Bild der Freundligkeit/ vnd Zier der keuschen Flamme:
Er war nicht bey jhm selbst/ Er war damals entzückt/
Als sie zum ersten jhn so freundlich angeblickt/
Als er nun zu sich kam/ sprach er mit glatten Worten:
O außerwehlte Kron/ vnd meines Hertzens Pforten!
Seht meinen Jammer an/ ich bin durch euch verwund/
Wers dañ nicht recht/ daß ich/ durch Euch auch sey gesund=
Das schöne VenusBild wolt durchaus nichts drumb wissen/
Gleichwol thet sie jhr Stral/ bald auff/ bald nieder schiessen/
Vnd lächelt züchtiglich/ bald sprach sie Ja darauff/
Vnd ward also gemacht der theure Liebes Kauff.
Gelobet sey der HERR/ der alle Plage wendet
Nach seiner wunder Trew vnd alle Klage endet:
Er gebe daß kein Mensch/ von heut an nimmermehr/
Von Braut vnd Bräutigam mehr Witber Klagen hör.
Vnd gebe daß die Braut des Bräutgams sey die Sonne/
Vnd seines Hertzens Trost/ vnd seine Frewd vnd Wonne/
Vnd seiner Stuben Liecht: Sein Kummer wenderin/
Sein Bett= vnd Kammer Rath/ Sein beste Doctorin.
Herr zweymal Bräutigam/ gebraucht euch wol der Stunde/
Vnd heilet/ heilet zu die tieffe Liebes Wunde/
Die Venus hat gesand den Hymen allbereit/
Daß er der Jungfrawschafft soll geben das Geleit.
Vnd jhr O liebste Braut/ wolt euch nur willig geben;
Es ist doch nicht zum tod'/ Es ist vielmehr zum Leben:
Wir aber die wir schon erlebet vnsre Zeit/
Gedencken fast nicht mehr/ nach solcher Lust vnd Frewd.

Ἐπο-δυχο-πμεσφνομάστιχον

IVLIVs Vt CœLô septenos protVLIt ortVs
STRÖERI CIngIt MARIA-ELIsA LatVs.

PRO-

Prosperа sIt VobIs LVX, opto, noXqVe IVgaLIs.
AbsInt à VestrÔ trIstIa fata torÔ.

Ita Neonymphis precatur & vovet

Adamus Andreæ, Scholæ
Chemnicensis Rector.

MEin höchst betrübter Sinn wil mehr zur
Klage neigen
Die Reimenreiche Kunst/ als Liebligkeit erzeigen/
Der Marterargen Welt/ bey welcher Kriegesraub/
Brand/ Mord vnd Wüsteney gemein ist wie das Laub.
Doch wil ich böser Zeit nicht zu gefallen dichten/
Denn meinen gantzen Sinn wil ich zu Ehren richten/
Der Braut vnd Bräutigam/ daß dieses Liebes Paar/
In Angsterfüllter Welt vom Ruh nicht komme gar.
Wenn mans bedencken wil/ so wird es schwer eingehen/
Daß man zu dieser zeit sich wolte vnterstehen/
Zu tragen Liebes Joch; Da doch die Krieges Last
Dem Menschen gönnet nicht die sonst vergönte Rast.
Weil aber Liebe nicht aus einem Stein entspringet/
Denn sie den Vhrsprung nimt von diesem der sich schwinget
Hoch vber alles Heer der weitbecirckten Welt/
So wirds kein Wunder seyn/ wenn diese jhm gefellt.
Der Wille Gottes ist/ daß man sich sol beweiben/
Vnd eine Liebesfrucht aus seinen Lenden treiben/
Da setzt er keine Zeit/ daß mans sol fahen an/
Nur wenn die güldne Ruh erfrewet jederman.
Es bleibet wol darbey/ was vns hat lassen schreiben
Der Liebe höchster Printz/ daß man nicht solte bleiben/
Alleine/ weil es nicht dem Menschen gut wird seyn/
So wol zu trüber Zeit/ als bey dem Friedenschein.

Drumb auch das erste Weib Behülffin wird genennet/
Daß Sie vmb jhren Mann verbleibe vngetrennet
Von jeder scharffen Noth: in Widerwertigkeit
Sol Sie Behülffin seyn zu tragen gleiches Leid.
Was hette wol der Mann für Frewde zu geniessen/
Wo nicht im Creutzesthal Sie würde seyn geflissen
mit jhrer Freundligkeit/ die aus den Gliedern lacht/
Zu dempffen listiglich des Hertzens dichte Macht.
Wenn denn in rauher Zeit ein Wind der Trübsal wehet/
Alsbald entgegen Sie mit sanfften Worten gehet
Dem sehr geplagten Mañ/ vnd spricht jhm freundlich zu:
Da kan in Glückessturm der Mann auch habē Ruh.
Drumb wol vnd vber wol habt jhr euch auch vereinet/
(Ob gleich der hohe Glantz des Friedens noch nicht scheinet)
Geehrter Bräutigam/ mit einem Hertzelein
Aus welchen Tugend wirfft den güldnen Ehrenschein.
Der Sorgen habt jhr viel bißhero müssen tragen
Für ewer gantzes Hauß bey diesen bösen Tagen:
Nun wird es sorgen mit aus vngespartem Fleiß/
Weil es des Hauses Heyl wol zu erhalten weis.
Dieweil es aber nicht an Sorgen ist gelegen/
Zumal zu dieser Zeit/ da alles ist entgegen
Dem wolgestellten Rath/ so wird es seine Kunst
Zu beten schütten aus auff Gottes milde Gunst.
Der grosse Segen Mann! Der wol Euch langes Leben
Gesundheit/ guten Muth/ vnd reichen Segen geben/
Daß jhr den Segen spürt/ so offt jhr gehet aus/
Vnd wenn jhr wiederumb betretet ewer Hauß!

Lusus poeticus ex Cognomine Sponsi
ad Sponsam tectus.

STramineone viro nubit formosa puella?
Nubit, at id stramen nomen & omen habet.

Ferti-

Fertilis ut vivo de ſtramine ſurgit ariſta:
Sic ſit, Sponſa, tuus ſtramine plenus ager.
Qvis pede non læto crebrò benedicta freqventat
Horrea, qvæ meſsis fertilitate placent?
Ecce! tuum thalamum nec non molliſsima ſtrata
Larga Dei bonitas ſtramine, Nupta, replet!
Ergo gliſce manu veteresq; relinqve penates
Atq, maritalem ſæpe reviſe torum.
Maxima proveniat perbelli ſtraminis hujus
Copia, & à ſuperis affluat omne bonum!

Sic vovet ex animo

Johannes Engel/
ConR. ibid.

FOedus inire paras, cultiſsime SPONSE, jugale
Qvod viſum eſt ſummo perplacuitq; DEO.
Hic DEUS, hic inqvam, qvi caſti eſt autor amoris,
Qvod jam cœpiſti, ritè ſecundet opus.
Aſt tu SPONSE novam lætus jam ſuſcipe SPONSAM
Qvæ ſtudioſa DEI, qvæ ſtudioſa tui.
Tu qvoqve SPONSA tuum, brachiis amplectere SPONSUM,
Qvi Themidos cultor, qvi pietatis amans.
Vivite concordes longævos Neſtoris annos,
Detq; DEUS veſtro gaudia multa toro.

Affinitatis & honoris ergò
apponebat
Theodorus Nævius, Chemnic.

AUſpiciis JOVÆ, Vir conſultiſsime, Caſta
Ducitur in thalamum MARIA ELISA tuum.
Chriſte juva Sponſos, hôc atq; in fœdere firma
Connubio ſtabiles perpetuumq; bea.

Ut valeant, vigeant & crescant tempore vitæ:
Vivant longævos, sed sine nube, dies.
Sic ego, sic tenuis pariter mea Musa precantes
Speramus votis pondus inesse piis.

Carolus Nævius, SPONSI Affinis.

HÆc tibi SPONSE
Festa dies sit,
Faustaq; lux sit!
Dum venerandam
Ducis ad aram,
Sicce volente
Atq; jubente
Numine NUPTAM;
Nempè MARIAM-
ELISABETHAM.
ô memorandam,
Et celebrandam
Carmine lucem!
Qvâ pius, Euge!
Concipis imô,
Pectore læta
Gaudia: lætus
Pellis & abste
Tristia cuncta.
Pelle age, pelle
Tristia rupti,
Nubila lecti;
Prome paraq;
Sed nova læti
Jubila lecti.
Lætities hæc
Vestra jugalis,
Duret in annos,
Nestoreos &,
Innumeros &.
Hoc precor, hôcce
Carmine curtô
Hautq; polito,
Tu DEUS alme
Annue votis
Hisce benignus.

Honoris & amicitiæ ergo adiiciebat

Otto Renatus Nævius,
Sponsi Affinis.

VOta mea hæc sunto: vos SPONSOS JOVA secundet,
Suggerat & vestris commoda multa bonis.
Aurea nobilitet vos Pax, Concordia vestra,
Corda liget: sit mens unica & una fides

Salve

Salve SPONSE, decus SPONSÆ, decus atq; Camœnum,
Æternum Salve, perpetuumq; VALE.

Fridericus Schoberus,
Sponsi Avunculus,

Votum Nuptiale geminum

I.

PArvum parva decent: Vos magni parcite parvo.
Interdum parvis gratia rebus inest.
Ergò magna alii voveant, majoraq; pangant;
Hæc sit sed voti summa caputq; mei:
Conjugium tibi sit fauſtum, Pater optime, *paucis*
Apprecor his: Fauſtum sit tibi conjugium.

2.

MARIA LISABETH als eine newe
BRAVT/
Wird meinem liebesten Herrn Vater jetzt vertrawt/
Daß sie Gehülffin sey/in seinem Hauß vnd Stand/
Vnd als ein Trewes Hertz/jhm gehe zu der Hand;
Nachmals daß sie zugleich auch meine Mutter sey
Vnd meyne mich allzeit mit rechter Mutter Trew/
Wolan jhr liebesten/lebt frisch/lang/vnd gesund!
Das wünsch' ich Euch zu letzt/aus meines Hertzen grund.

Filialis obedientiæ ergò
scriptum à
Johanne Friderico Ströer/
Chemnicensi Sponsi filiolo unico.

FINIS.

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT BIBLIOTHEK CHEMNITZ

Stadtbibliothek Chemnitz
A 145109 5

SLUB
Wir führen Wissen.
STADT BIBLIOTHEK CHEMNITZ